Ka
1119

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0001

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0002

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0003

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0004

23

59



# TABELLAE IVRIVM SYSTEMATICAE CVM ADNEXIS COROLLARIIS.

Ka 1119

## IVS NATVRAE ET GENTIVM.

Ius Naturae eſt complexus legum internarum et externarum in ſtatu naturali obſeruandarum, haec ergo Iurisprudentiae pars tanquam ſcientia legum naturalium externarum conſiderat hominem

I. In ſtatu mere naturali, eoque

A. Tali, qui concipitur ſine facto iuridico abſoluto, vbi ſiſtuntur iura et obligationes

a. Circa ſe ipſos, b. libertatem, c. aequalitatem 1), d. declarationem mentis, quae eſt α. expreſſa, β. tacita, e. exiſtimationem, quae eſt

𝔄. Mala, 𝔅. bona, quae dein ſecundum perfectionis moralis diuerſitatem eſt

𝔞. Simplex 2), 𝔟. intenſiua.

f. Res vacuas, quae pertinent ad 𝔞. vitae neceſſaria, 𝔟. vitae commoda, 𝔠. vitae iucunda.

B. Tali, qui concipitur ex facto iuridico hypothetico: hoc vero factum eſt

𝔄. Iuſtum, vnde oritur ſtatus hypotheticus ſtricte, qui determinat id, quod in ſtatu aduentitio ſuum eſt: quidquid autem adquiritur, eſt

 a. Res

P. 4.

KOENFRIED. UNIVERS. ZV HALLE

a. Res nullius; quam adquirendi modus eſt occupatio, quae

a. Secundum naturam eſt α. vera, β. putatiua.

b. Secundum varias ſpecies eſt α. venatio, β. piſcatio, γ. aucupium, δ. inuentio. Occupatio tribuit dominium, quo praeſuppoſito naſcitur

b. Acceſſorium rei ſuae, quod adquirendi modus eſt acceſſio, quae eſt a. naturalis, b. induſtrialis.

c. Res aliena, ad quam comparandam inſeruiunt pacta, in quibus attendendum

A. Obiectum, ſecundum quod ſanciuntur

a. Inter viuos, eaque ſunt α. benefica, β. oneroſa,

b. Mortis cauſa, quae determinant ſucceſſionem, quae eſt

α. Pactitia, β. ſine pacto, ſpecies occupationis.

B. Acceſſoria, vt a. fideiuſſio, b. pignus, c. iuramentum.

C. Exitus, ſecundum quem tolluntur

a. Per actionem eo fine, vt pacti vis deſinat, ſuſceptam, vt ſunt α. ſolutio, β. nouatio, γ. ceſſio, δ. compenſatio, ε confuſio voluntaria.

b. Sine tali actione, vt ſunt α. mors, β. rei interitus, γ. confuſio caſualis.

Universitäts- und Landesbibliothek

B. Iniuſtum, ſeu laeſio, ex qua oritur ius eam reparandi, ex quo deſcendunt

A. Modi ius ſuum perſequendi, qui ſunt

a. Bellum, quod eſt a. offenſiuum, b. defenſiuum, 3)

b. Moderamen inculpatae tutelae, 4)

c. Rei vindicatio.

B. Modi lites finiendi, ſi lis eſt

a. De iure certo, ius belli:

b. De iure dubio, α. transactio, b. compromiſſum, c. pactum pacis, &c.

II. In ſtatu ſociali: in omni ſocietate cogitanda

A. Eſſentia, B. modus conſtituendi, ſecundum quem eſt a. aequalis, b. inaequalis. C. Natura, intuitu cuius eſt

𝔄. Simplex, quas inter pertinent

a. Societas matrimonialis, vbi conſideratur α. polygamia, b. communio vxorum, 5) c. bygamia.

b. Societas parentalis. 6) c. Societas herilis, in qua notandi ſerui vltronei, et mancipia.

𝔅. Compoſita, nimirum a. familia, b. ciuitas, cuius iura diſquirit

Ius publicum vniuerſale, quod pro obiecto habet ciuitatem, in qua notanda

A. Fundamentum, B. caracteres, nempe a. plures familiae, b. felicitas externa, c. imperium, 7) 8). C. Iura ac obligationes imperantis et ſubditorum ciuilium mutuae, quae colligi poſſunt

I. Ex notione ciuitatis, et imperii ciuilis per ſe, quae tractat ius publicum abſolutum, ex quo deducuntur iura maieſtatica: haec adplicantur

𝔄. Ad ſtatum reipublicae ordinarium, in quo imperantis iura verſantur

A. Circa finem nempe ſalutem publicam, eamque

a. Intrinſecam, et quidem

α. Securitatem, circa quam verſatur α. poteſtas legislatoria, β. executoria, γ. inſpectoria, δ. iudiciaria.

b. Felicitatem, intuitu cuius imperanti collatum ius α. circa politiam, β. religionem. 9)

b. Extrinſecam, quae imperanti conciliat ius a. conuentionum, b. belli, c. pacis, d. legationum.

B. Circa media huic fini inſeruientia, quae ſunt

a. Actiones ſubditorum, ex quibus fluit

a. Ius officiorum publicorum, b. dignitatum.

b. Bona ciuitatis, ex quibus promanat

a. Ius circa domania, b. fiſci, c. tributorum.

B. Ad ſtatum reipublicae extraordinarium, vbi adeſt imperium eminens. 10)

II. Poſita ſpeciali reipublicae conſtitutione, quae occurrunt in iure publico hypothetico, in quo notandae rerumpublicarum formae diuerſae, vt

A. Respublica ſimplex

A. Pura, ad quas referuntur a. monarchia, quae vni tribuit maieſtatem 11), b. ariſtocratia, c. democratia.

B. Mixta;

B. Compoſita ex pluribus rebuspublicis minoribus.

III. Poſita laeſione ciuis, vbi diſquiruntur modi ius ſuum perſequendi in ciuitate: omnis autem laedens eſt

A. Imperans ciuilis, 12) 13) qui laedit

A. Subditum ſingulum,

B. Integram ciuitatem.

B. Subditus ciuilis, qui committit delictum

a. Publicum, b. priuatum.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0008

Ius Gentium determinat iura gentium

I. In ſtatu abſoluto, in eoque gentis iura a. circa ſui conſeruationem, b. libertatem, c. aequalitatem 14), d. augmentum potentiae.

II. In ſtatu hypothetico circa

A. Dominium, a. ius occupandi res nullius, b. paciſcendo adquirendi res aliorum, c. arcendi gentes a territorio etc.

B. Pacta publica a. aequalia, b. inaequalia.

C. Legationes, ibique legatorum iura a. in admiſſionem, b. exterritorialitatem, c. ſanctitatem etc.

III. Poſita laeſione gentis, vbi oriuntur modi

A. Reparandi laeſionem, vt ſunt 𝔄. repreſſaliae, 𝔅. retorſio, ℭ. bellum, cuius conſideranda a. cauſa iuſtifica 15), b. iura 𝔞. circa belli initium, 𝔟. in bello, 𝔠. circa belli finem.

B. Modi lites gentium finiendi, qui ſunt a. placidi. b. violenti.

## COROLLARIA.

1) *Nec virtutis praeſtantia, nec potentia maior aequalitatem naturalem tollit, et ad obtinendum in alios imperium ſufficit: vanum igitur erat argumentum Hiſpanorum praeſtantiam iactantium, dum iuſtitiam imperii in Americanos ſtabilire voluerunt.*

2) *Integrae etiam gentes piraticam et praedatoriam vitam agentes, vt Algerienſes, Tripolitani, deſtituuntur exiſtimatione ſimplici, quam labem ignominiae Hobbeſius fruſtra purgat.*

3) *Idea belli punitiui, quam Hugo Grotius efformauit, recte a Puſendorſio reiicitur.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0009

4) *Violenta vitae noſtrae defenſio ſtatui naturali omnino conuenit.*

5) *Communio vxorum iuri naturae aduerſatur, maleque eandem Plato in perfecta ſua, quam ſomniauit, republica, introducendam putavit.*

6) *Perperam Bodinus in ſtatu naturae parentibus ius vitae et necis in liberos tribuit.*

7) *Summi imperii adquiſitio eſt ex conſenſu populi, quidquid contradicat Thomas Hobbes et Hornius.*

8) *Conſenſus tamen deuictorum non requiritur ad producendum aſſerendumque ius victoris in hoſtes deuictos, eorumque res occupatas.*

9) *Vltimum et firmiſſimum ſocietatis humanae vinculum eſt Religio.*

10) *Imperium eminens, quod ſummis imperantibus in bona et vitam ſubditorum competit, fruſtra in dubium vocatur: Deus vero ſolus habet dominium ſupereminens.*

11) *Maieſtas omnis a Deo mediante pacto in imperantes proficiſcitur, vt bene habet Hugo Grotius.*

12) *In Monarchia vere tali nullo modo admitt poteſt Monarchomachorum ſententia, qui imperantem ad rationes de ſuis actionibus reddendas ſubditis adſtringere conantur.*

13) *Officia ciuium ex fine ciuitatis, et minime ex libidine imperandi, quam Machiauellus principibus tribuit, diiudicantur.*

14) *Praerogatiuas et praecedentias liberarum gentium nullum certius fundamentum, quam pacta de mutuo honore inita habere, cum Boehmero Gundlingioque defendo.*

15) *Peſſime Ferdinandus Cortez chriſtianae religionis propagandae cauſa Americanos bello perſecutus eſt.*

IVS

# IVS CANONICVM.

Ius eccleſiaſticum tanquam complexus legum eccleſiaſticarum ſe diuidit in

I. Publicum, hocque agit

A. De eccleſia in ſe ſpectata, deque

a. Eius Fundatore, b. forma, 1) c. iisque, quae eam repraeſentant, de conciliis, quorum conſiderat

a. Formam, b. modum et ius conuocandi, c. modum deliberandi, d. auctoritatem, e. varias ſpecies, cum alia ſint

A. Oecumenica, B. alia particularia, haecque α. nationalia, β. prouincialia, γ. dioeceſana.

B. De perſonis ad hierarchiam primario ſpectantibus, quae ſunt

A. Summus Pontifex, in quo obſeruat

a. Primatum 2) a. honoris, b. auctoritatis, c. iurisdictionis,

b. Iura

a. Primigenia, vt ſunt α. cura generalis in omnes eccleſias: β. ius petendi et recipiendi ex omnibus eccleſiis relationes in cauſis dogmaticis, γ. ius conſeruandi fideles in integritate fidei et communione catholica, δ. ius ferendarum legum 3) 4) etc.

b. Secundaria, vt ſunt α. confirmatio, translatio, depoſitio epiſcoporum, β. erectio, vnio epiſcopatuum, γ. canonizatio ſanctorum etc.

c. Perſonas eum repraeſentantes, legatos, qui ſunt a. nati, b. a latere, c. miſſi.

d. Poteſtatem. 5)

B.

𝔅. Cardinales, quorum notat a. originem, b. dignitates 𝔞. epiſcopi, 𝔟. diaconi, 𝔠. presbyteri. c. Iura ſede repleta aut vacante.

𝔈. Patriarchae. 𝔇. Primates. 𝔈. Metropolitae, quorum inſignia ſunt a. crux, b. pallium.

𝔉. Epiſcopi, quorum recenſet a. poteſtatem 6) b. iura 𝔞. ordinis, 𝔟. iurisdictionis, 𝔠. legis dioeceſanae, 𝔡. dignitatis, c. reſidentiam 7) d. vicarios, qui ſunt 𝔞. coadiutores, 𝔟. archidiaconi, 𝔠. archipresbyteri, 𝔡. vicarii generales.

C. De perſonis hierarchiae minus principalibus, quae conſtituunt clerum

𝔄. Saecularem, ad quem referuntur

a. Canonici, quorum deſcribit

𝔞. Capitula, quae ſunt

α. Cathedralia, collegiata.

β. Clauſa, non clauſa.

𝔟. Praepoſitos, 𝔠. decanos, 𝔡. primicerios, ad quos ſpectant

α. Acolythi, β. exorciſtae, γ. lectores;

𝔠. Sacriſtas et cuſtodes.

b. Parochi, quorum monſtrat 𝔞. iura, 𝔟. officia.

c. Miniſtri eccleſiae reliqui, qui ſunt in ordine ſacro

𝔞. Maiori, vt α. ſacerdotio, β. diaconatu, γ. ſubdiaconatu.

𝔟. Minori, vt α. oſtiariatu, β. lectoratu, γ. exorciſtatu, δ. acolythatu.

𝔅. Regularem, cuius oſtendit a. originem, b. ſtatum antiquum, c. exemtionem, eiusque hiſtoriam, caeteraque priuilegia, d. praelatos regulares, e. Priores caeteroſque praepoſitos.

D. De

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0012

D. De modis

𝔄. Deueniendi ad praelaturas eccleſiae, qui ſunt a. electio, cuius indagat 𝔞. antiquitatem, 𝔟. fata, 𝔠. formam hodiernam, 𝔡. requiſita eligentium, 𝔢. requiſita eligendorum; 𝔣. ſingularia in electione Pontificis 8) b. poſtulatio, c. nominatio, d. translatio.

𝔅. Eas amittendi, qui ſunt a. depoſitio, b. renuntiatio etc.

E. De priuilegiis ſtatui clericali vniuerſo competentibus, quae ſunt

a. In corpore iuris clauſa, vt

𝔞. Priuilegium fori, 𝔟. canonis, 𝔠. immunitas 9)

b. In eo non contenta.

II. Priuatum, quod tractat iura

A. Circa res

𝔄. Spirituales, quae ſunt a. fides, b. officium diuinum, c. ſacramenta, quae ſunt 𝔞. baptiſmus, 𝔟. confirmatio, 𝔠. S. Euchariſtia, 𝔡. poenitentia, 𝔢. extrema vnctio, 𝔣. ordo, 𝔤. matrimonium, in quo notat

α. Eius praeliminaria nempe ſponſalia, β. ſolennia neceſſaria, γ. impedimenta dirimentia, δ. iudicem in cauſſis matrimonialibus. ε. diuortia etc.

𝔅. Sacras, ad quas referenda a. templa, b. altaria, c. ſacra vaſa, d. reliquiae Sanctorum, e. ſepulturae.

ℭ. Religioſas, ad quas ſpectant a. domus religioſae, b. monaſteria.

𝔇. Temporales, quibus accenſentur

a. Bona eccleſiae, quorum deſcribit alienationem, eiusque ſolennia,

b. Decimae, quae ſunt

a. Eccleſiaſticae; laicae:

b. Praediales, perſonales.

c. Maiores, minores.

d. Antiquae, nouales.

c. Primitiae, d. oblationes.

E. Mixtas, quo pertinent

a. Beneficia, in quibus ſpectat

a. Indolem, ſecundum quam ſunt

α. Regularia: ſaecularia.

β. Simplicia: duplicia.

γ. Electiua: collatiua.

b. Collationem, quae eſt α. libera, β. neceſſaria, c. permutationem, d. obligationes: e. extinctionem, f. vnionem, g. beneficiorum analoga, commendas, vicarias, capellanias. etc.

b. Ius patronatus, cuius obſeruat a. modos adquirendi, b. modos amittendi, c. diuiſionem in eccleſiaſticum et laicum, d. iura et obligationes patroni, etc.

B. Circa contractus aliaque negotia, vt ſunt a. donatio, b. precariae, c. permutatio, d. pignus, e. fideiuſſio 10) f. teſtamenta etc. 11)

C. Circa proceſſum, in quo occurrunt

A. Perſonae principales

a. Actor, b. reus, c. iudex, a. ordinarius, b. delegatus etc.

B. Perſonae minus principales

a. Aduocati, b. procuratores, aliique.

D. Circa

A. Delicta

a. Eccleſiaſtica, vt ſunt α. haereſis, β. apoſtaſia 12), γ. ſchiſma, δ. ſimonia, ε. ſacrilegium, ζ. ſuperſtitio.

b. Fori mixti, vt ſunt concubinatus etc.

B. Poenas eccleſiaſticas, quae ſunt

a. Depoſitio, b. cenſura, c. excommunicatio, d. interdictum.

## COROLLARIA.

1) *Exiſtit in Eccleſia verum regimen a Chriſto Domino inſtitutum, penes antiſtites ſacros et paſtores: illud tamen non pure monarchicum, ſed ariſtocratia temperatum.*

2) *Non honoris tantum, ſed et auctoritatis iurisdictionisque primatum ſummo Pontificii catholici vindicant.*

3) *Publicatio legum Eccleſiae Romae ſolum facta, quamuis ſolennis, minime tamen ſufficere poteſt ad obligationem in vniuerſa Eccleſia inducendam.*

4) *Harum legum publicationi in territoriis principum chriſtianorum placetum ſic dictum regium remoram quidem quandam iniicit: eius tamen vſus ſobrius absque haeſitatione ad iura principum maieſtatica referendus erit.*

5) *Nec directa, nec indirecta in temporalia regum et principum poteſtas Chriſti in terris Vicario adſtrui poteſt.*

6) *Poteſtatem Epiſcoporum regitiuam immediate a Chriſto eſſe bene Bellarminus contra Paludanum demonſtrat.*

7) *Reſidentiam Epiſcoporum iuris diuini eſſe ex mente Concilii Tridentini oſtendi poteſt, quamuis haec ſententia ex certis cauſis in eadem congregatione expreſſe definita non ſit.*

8) *Quam in electione ſummi Pontificis Imperator certis perſonis dare ſolet, exclusiua nequit argumento eſſe, vt in electionibus Epiſcoporum Germaniae eodem pariter modo procedatur.*

9) *Immunitatem, vt oſtendit van Eſpen, ex iure diuino ortam eſſe dici nequit: melius priuilegiis imperantium in acceptis refertur.*

10) *Clerico nec omnis, vt Leyſer credit, fideiuſſio interdicta, nec omnis, vt Boehmer autumat, licita eſt, ſed media inter vtramque ſententiam via incedendum.*

11) *Nequit conſuetudo introduci, quae Clericos ad cauſas profanas teſtantes in conſcientia tutos reddat, quamuis ea id operetur, ne talia teſtamenta in foro externo impugnari queant.*

12) *Religioſus voto paupertatis adſtrictus apoſtata ad caſtra proteſtantium tranſiens a ſucceſſione in bona tam allodialia quam feudalia recte a Benedicto Schmidtio excluditur.*

# IVS PVBLICVM GERMANIAE.

Ius publicum Imperii Romanogermanici oculos conuertit

I. Ad ipſum imperium, idque conſiderat

A. Geographice

a. Fines imperii 1) 2), eorumque viciſſitudines.

b. Nexum imperii Germanici cum a. Lotharingia, b. Burgundia, c. Italia, vbi et notanda translatio imperii Romani 3) 4).

c. Diuiſionem in 10 circulos.

B. Politice

A. Indolem reipublicae, in eaque

a. Formam a. antiquam vſque ad P. W. b. nouam a P. W. inde,

b. Statum religionis a. ab initio vſque ad reformationem. b. ab hac ad nos vſque.

B. Fundamenta conſtitutionis imperii

a. Vniuerſe

a. Leges fundamentales, vt ſunt: α. aurea bulla, β. capitulatio 5), γ. concordata nationis germanicae,

nicae, δ. pax publica, ε. religioſa, ζ. Weſtphalica 6), η. aliaeque pacificationes, vt Ryswicenſis 7) etc. ϑ. receſſus imperii.

b. Obſeruantia et analogia.

b. Ratione ſingulorum ciuium

a. Nexus feudalis, b. homagium.

II. Imperantes in imperio, qui ſunt

A. Imperator, cuius notat a. electionem, b. coronationem, a. Germanicam, b. Italicam, c. imperialem Romanam, c. maieſtatem, d. titulos, e. inſignia: f. archiofficia curiae etc.

B. Sede vacante vicarii imperii, quorum conſiderat a. originem, b. iura, c. diuiſionem in vicariatum Saxonicum Rhenanum, et Italicum. d. Hic et obſeruandus Rex Romanorum.

C. Status imperii, quorum recenſet a. originem, b. caracteres, c. qualitatem, d. requiſita, e. incrementa, f. diuiſionem

A. Ratione religionis, in

a. Catholicos, et b. proteſtantes, qui ſunt a. A. C. addicti, b. reformati.

B. Ratione collegiorum

a. In electores: eorumque contemplatur a. ortum, b. numerum eiusque mutationes, c. iura, quae proueniunt

α. Ex ipſo iure eligendi et indole archiofficiorum, vt ius ſeparati collegii, dignitas conſiliarii intimi imperatoris, immunitas a xeniis in inueſtitura officiis aulicis haereditariis praeſtandis etc.

β. Ex aurea bulla, vt priuilegium de non appellando: facultas adquirendi terras imperii absque praeſcitu imperatoris: indiuiduitas terrarum electoralium.

γ. Ex priuilegiis imperatorum: vt cura in deputatione ordinaria, in praeſentatione aſſeſſorum ad iudicium camerae etc.

δ. Dignitatem, ε. titulos etc.

b. Principes a. eccleſiaſticos, b. ſaeculares,

c. Vrbes, quae diuiduntur in ſcamnum a. Sueuicum, b. Rhenanum.

C. Secundum varias, quas ſuſtinent, perſonas,

a. In imperantes qua tales:

b. In priuatos quoad actus, quos cum ſubditis communes habent, vt ſunt: a. ſucceſſio, b. contractus, c. nuptiae etc. quae determinat ius priuatum principum.

D. Immediati non ſtatus, vt a. nobilitas immediata, b. pagi imperii, c. aliique immediati.

III. Exercitium ſummae poteſtatis; vbi iura exercentur

A. Intuitu reipublicae vniuerſae

A. Ab imperatore et ſtatibus, vt

a. Poteſtas legislatoria, cui inſeruiunt

a. Comitia, quorum diſquirit α. formam, β. directorium, γ. modum concludendi per vnanimia aut maiora, δ. receſſus conficiendi rationem.

b. Deputationes α. ordinariae, β. extraordinariae.

b. Ius collectandi, c. ius belli et pacis, d. ius politiae e. conceſſio iuris monetandi, f. vectigalium, etc.

B. Ab

B. Ab imperatore ſolo, vt

a. In eccleſiaſticis

a. Erga catholicos

α. Ius aduocatiae intuitu vniuerſae eccleſiae, 8) β. ius primariarum precum, γ. ius priuilegia academica conferendi etc.

b. Erga proteſtantes

Praeter haec iurisdictio eccleſiaſtica in cauſis ſtatuum proteſtantium 9) 10).

b. In politicis

a. Ius concedendi inueſtituram feudorum, b. ius dandi priuilegia, c. ius conferendi dignitates principis, comitis, baronis etc. d. certo modo poteſtas iudiciaria, in quo notat

a. Perſonas, in quas exercetur, qui ſunt

a. Immediati, qui ſubſunt in ciuilibus et criminalibus, vbi conſideranda priuilegia α. auſtregarum, β. electionis fori.

b. Mediati in ciuilibus, ſupremaque inſtantia, vbi obſeruandum priuilegium de non euocando.

b. Iudicia, quae illam exercent

A. Nomine imperatoris

a. Conſilium aulicum, cuius hic oſtendit α. antiquitatem, β. iurisdictionem priuatiuam, γ. modum procedendi, δ. remedia contra ſententias latas, ſupplicationem, reſtitutionem in integrum, recurſum ad comitia 11).

b. Iudicium aulicum Rothwilenſe, cuius indagat limites iurisdictionis et ordinem proceſſus.

c. Iu-

c. Iudicia prouincialia.

B. Nomine imperatoris et ſtatuum cameram imperii, cuius perſcrutatur a. originem eiusque occaſionem, b. fata, c. perſonas iudicantes eorumque requiſita etc.

B. Intuitu ſpecialium territoriorum, in quibus dominatur ſuperioritas territorialis, cuius contemplatur

a. Generatim

a. Ortum 12), b. incrementa, c. limites per ordines prouinciales, aut quatenus imperio ſubordinata eſt.

b. Speciatim complexum, eaque, quae comprehendit iura, quae ſunt

A. Eccleſiaſtica

a. In ſubditos catholicos α. aduocatia, β. primae preces etc.

b. In ſubditos proteſtantes, α. ius reformandi 13), β. iurisdictio eccleſiaſtica 14) 15) 16).

B. Politica, eaque

a. Generalia, vt a. poteſtas legislatoria, b. ius priuilegiorum, c. ius ſupremae inſpectionis, d. ius exequendi, e. ius puniendi, f. fiſci, g. tributorum, h. imperium eminens, i. ius munerum et honorum.

b. Specialia

a. Immanentia,

α. Eſſentialia; vt a. poteſtas iudiciaria, b. ius politiae,

β. Accidentalia, vt a. ius monetandi, b. vectigalium, c. poſtarum.

b. Transeuntia, vt α. ius foederum, β. belli et pacis, γ. legationum.

CO-

# COROLLARIA.

1) *Ex quo Conradus Salicus Canuto Regi Daniae Sleswigiam reddidit, Eidora manſit germanici et danici iuris limes; nec vnquam Dania qua talis imperio ſubiecta fuit.*

2) *Fuit quondam indubitatus inter imperium germanicum et Poruſſiam nexus, isque de iure ſaltem adhuc hodie perdurat.*

3) *Leo III. S. Pontifex imperium romanum in Carolum M. minime transtulit, ſed illud iam Carolus ex ſubiectione populi et iure armorum adquiſiuerat: hoc tamen fatendum, Leonem potiſſimum populo, vt ſe ſubiiceret, auctorem fuiſſe.*

4) *Haec autem imperii romani translatio imperatoribus dominium vrbis romanae priuatiuum nullo modo vindicauit.*

5) *Ius adcapitulandi, prout ſibi id electores priuatiue vindicant, a collegio principum nec vnquam pro vero iure agnitum, nec ſine ſummo praeiudicio agnoſci poteſt.*

6) *Pax religioſa et Weſtphalica nec ex capite vis et metus, nec vſurpatae alienae poteſtatis ceu inualida impugnari poteſt.*

7) *Clauſula Art. IV. pacis Ryswicenſis querelis proteſtantium fruſtra impugnatur.*

8) *Poteſtas principum ſaecularium catholicorum circa ſacra religionis ſuae in iure advocatiae concluditur: nec argumenta Maſcouii maiora antiquis imperatoribus iura tribuunt.*

9) *Recte theoria ſummis imperii tribunalibus in cauſis eccleſiaſticis inter ipſos ſtatus A. C. controuerſis iurisdictionem vindicat.*

10) *Actio popularis, quam proteſtantes in cauſis religionis inter dominum et ſubditos diuerſae religionis controuerſis adſtruere conantur, ordini iudiciario et politicae imperii ſtructurae oppido contradicit.*

11) *Recurſus ad comitia qua talis indoli iudiciorum Germaniae directo repugnat.*

12) *Origo ſuperioritatis territorialis ſucceſſiua quidem fuit, potiſſimum tamen a temporibus Ottonum arceſſenda: nec his epocha Conradi I. attendenda, vt Ludewigius putauit.*

13) *Male ius reformandi domino territoriali in dubium vocatur.*

14) *Aeque falſo iurisdictio eccleſiaſtica in ſubditos proteſtantes principi catholico adimitur: quod et ipſi iam agnouere aduerſarii.*

15) *Nec neceſſum eſt, vt haec iurisdictio exerceatur per conſiſtoria proteſtantica, vt ipſe fatetur Boehmerus; quae tamen ſi extent; a poteſtate domini territorii nullo modo exemta ſunt.*

16) *Quae in Art. V. §. 48. I. P. O. de ſuſpenſa iurisdictione eccleſiaſtica habentur, non nouam dominorum territorialium, ſed antiquam Pontificis et Epiſcoporum concern unt.*

## IVS CIVILE ROMANVM.

Ius ciuile romanum tractat iura et obligationes ſubditorum erga ſe inuicem, et pro obiecto habet

I. Perſonas, quae conſiderantur ſecundum ſtatum

A. Libertatis, reſpectu cuius ſunt

𝔄. Serui, quorum ſpectanda manumiſſio, eiusque modi varii.

𝔅. Liberi, qui ſunt

a. Ingenui, b. Liberti, Hi omnes vel

α. Alterius iuri ſubiecti ſunt, vt filiifamilias, vel

β. Sui iuris exiſtunt, vt 𝔞. parentes, 𝔟. pupilli, qui ſunt ſub tutela.

𝔄. Teſtamentaria, 𝔅. legitima, eaque a. patronorum, b. parentum, c. fiduciaria, ℭ. datiua.

c. Minores, qui ſubſunt curatelae.

B. Ciuitatis, intuitu cuius ſunt

𝔞. Ciues, 𝔟. peregrini.

C. Familiae, ad quam pertinent

𝔄. Patresfamilias, qui praediti ſunt patria poteſtate, quae

a. Ad-

a. Adquiritur

a. Nuptiis, b. adoptione, aut adrogatione, c. legitimatione α. per ſubſequens matrimonium, β. reſcriptum principis, γ. oblationem curiae.

b. Amittitur emancipatione

a. Expreſſa α. veteri, β. Anaſtaſiana. γ. Iuſtinianea.

b. Tacita.

B. Filiifamilias, qui habent peculium

a. Militare, a. caſtrenſe, b. quaſi caſtrenſe,

b. Paganum, a. profectitium, b. aduentitium α. ordinarium, β. extraordinarium.

II. Res, circa quas occurrit

A. Ius in re, cuius ſpecies ſunt

A. Dominium, a. verum, ex quo naſcitur rei vindicatio, b. fictum, c. partiale, d. vtile, e. praetenſum.

B. Haereditas, quam accipit haeres ſiue voluntarius, ſiue neceſſarius, cui relinquenda legitima 1).

a. Ex teſtamento, quod eſt

a. Intuitu formae

α. Solenne, β. priuilegiatum.

b. Intuitu modi conficiendi

α. Scriptum, β. nuncupatiuum, γ. publicum 2), δ. priuatum.

b. Fideicommiſſaria, v. g. ex codicillis, qui ſunt a. ab inteſtato, b. teſtamentarii, vbi et notanda clauſula codicillaris 3).

c. Ab inteſtato, vbi conſiderandi ordines ſuccedendi

a. Deſcendentium, b. aſcendentium, c. collateralium, d. coniugum, e. fiſci:

𝔆. Seruitus

a. Perſonalis, vt 𝔞. vſusfructus, 𝔟. vſus, 𝔠. habitudo, 𝔡. operae ſeruorum.

b. Realis

𝔞. Ruſtica, vt α. iter, β. actus, γ. via, δ. ſeruitus paſcendi, ε. pecoris ad aquam appulſus etc.

𝔟. Vrbana, vt α. tigni immittendi, β. oneris ferendi, γ. luminum etc.

𝔇. Pignus, quod eſt

a. Pignus in ſpecie, b. hypotheca 4).

B. Ius ad rem, quod oritur ex obligatione, quae naſcitur

𝔄. Ex pacto, inter quae notari merentur a. donationes, b. transactiones 5), c. pacta de dote 6) etc.

𝔅. Ex contractu

a. Vero

𝔞. Reali, vt eſt α. mutuum, in quo contemplandae vſurae et foenus nauticum, β. commodatum, γ. depoſitum ſimplex aut miſerabile, δ. pignus 7).

𝔟. Verbali, vt eſt α. ſtipulatio, β. certo modo fideiuſſio.

𝔠. Literali, vt eſt contractus chirographarius, cui obeſt exceptio non numeratae pecuniae 9).

𝔡. Conſenſuali, vt eſt

α. Emtio venditio, in qua attendendae

a. Variae ſpecies, vt venditio ſub haſta 10), haereditatis 11), actionis.

b. Pacta adiecta protimiſeos, addictionis in diem, legis commiſſoriae etc.

c. Evictio, d. reſciſſio ob laeſionem enormem 12).

β. Lo-

β. Locatio conductio a. operarum, b. rei, c. operis.

γ. Societas, a. vniuerſalis, b. generalis, c. particularis.

δ. Mandatum a. ſimplex, b. qualificatum.

ε. Innominato, qui eſt α. regularis, β. irregularis.

b. Quaſi contractu, ad quos pertinent a. negotiorum geſtio, b. tutela, c. rei communio, d. haereditatis aditio, e. indebitum.

C. Ex delicto priuato, inter quae etiam recenſentur a. damnum injuria datum, b. crimen ſerui corrupti, c. aleatorum, d. falſi menſoris etc.

D. Ex quaſi delicto, quod oritur, a. ſi iudex litem ſuam faciat, b. effuſione, c. deiectione etc.

C. Medium quoddam inter ius in re; et ad rem, nempe poſſeſſio, quae eſt a. iuſta, b. iniuſta, c. naturalis, d. ciuilis, ex qua oriuntur

A. Interdicta a. publica, b. priuata, c. duplicia, d. ſimplicia, e. exhibitoria, f. prohibitoria, g. reſtitutoria, h. poſſeſſionis adipiſcendae, i. retinendae, k. recuperandae, l. annalia, m. perpetua.

B. Beneficia, praeſertim praeſcriptio, quae eſt a. adquiſitiua, b. extinctiua, c. ordinaria, d. longiſſimi temporis, e. immemorialis.

III. Modum ius ſuum perſequendi, ad quod inuentae ſunt

A. Actiones a. praeiudiciales a. affirmatiuae, b. negatiuae, b. reales, c. perſonales, d. mixtae, e. in rem ſcriptae, f. datiuae, g. natiuae, h. directae, i. contrariae, l. certae, m. arbitrariae, n. poenales, o. rei perſecutoriae, p. vniuerſales, q. generales, r. ſpeciales, s. ciuiles, t. praetoriae, u. perpetuae, v. temporariae, w. bonae fidei, x. ſtricti iuris, y. adiectitiae qualitatis.

B. Iudicia, ſeu proceſſum, ad cuius eſſentiam ſpectat

𝔄. Actio, quam inſtituit actor in foro

a. Communi

𝔞. Generali α. domicilii, β. originis.

𝔟. Speciali α. continentiae cauſarum, β. contractus, γ. delicti, δ. rei ſitae, ε. geſtae adminiſtrationis.

b. Priuilegiato, 𝔞. miſerabilium perſonarum, 𝔟. clericorum, 𝔠. academicorum, 𝔡. militum, 𝔢. miniſtrorum principis.

𝔅. Reſponſio, quae conſiſtit in rei exceptione, quae eſt

a. Iuris, b. facti, c. perſonalis, d. realis, e. dilatoria, haecque

α. Fori declinatoria, β. dilatoria in ſpecie, γ. mixta.

f. Peremtoria, eaque

α. Litis ingreſſum impediens, β. peremtoria in ſpecie.

g. Temporaria, h. perpetua.

ℭ. Probatio, quae fit

a. Per confeſſionem 𝔞. iudicialem, 𝔟. extraiudicialem;

b. Per inſtrumenta 𝔞. publica, 𝔟. quaſi publica, 𝔠. priuata:

c. Per teſtes, qui ſunt

𝔞. Claſſici,

𝔟. Inhabiles, α. naturaliter, β. ciuiliter,

𝔠. Suſpecti α. ob aetatem minorem, β. nexum ſanguinis propinquiorem, γ. infamiam, quae eſt a. iuris, b. facti; δ. qualitatem cauſae etc.

d. Iuramentum, 𝔞. promiſſorium, 𝔟. aſſertorium, quod

α. Vo-

α. Voluntarium,

β. Neceſſarium

A. Iuramentum calumniae a. generale, b. ſpeciale:

B. Litis deciſorium, quod a. ſuppletorium, b. purgatorium, c. in litem.

𝔇. Sententia, eaque

a. Interlocutoria 𝔞. mera, 𝔟. mixta,

b. Definitiua, quae

𝔞. Suſpenditur appellatione;

𝔟. Reſcinditur reſtitutione in integrum, quae datur

a. Ex cauſa determinata, vt eſt α. vis, β. metus, γ. dolus, δ. minor aetas etc.

b. Ex cauſa indeterminata, quae eſt laeſio alicui absque culpa ſua illata, cui reparandae ordinarium non ſufficit remedium.

## COROLLARIA.

1) *In computatione legitimae, vbi ad numerum liberorum reſpiciendum eſt, ab iis iuſte exhaeredatus male a Fachinaeo excluditur.*

2) *Teſtamentum iudici aut principi per procuratorem offerri poſſe, Stryckii argumenta non euincunt.*

3) *Nec iis auctoribus adſtipulari poſſum, qui exiſtentiam clauſulae codicillaris praeſumtae demonſtrare volunt.*

4) *In hypotheca ſpeciali exceptio excuſſionis adhiberi nequit a poſſeſſore hypothecae tertio.*

5) *Transactio, vt bene aduertit Knorrius, ob laeſionem enormem reſcindi nequit.*

6) *Errat Feuerlein, dum priuilegium dotis ad ſponſam extendit.*

7)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0027

7) *Actio pignoratitia perperam a Cocceio limitibus praeſcriptionis ſubiicitur.*

8) *Si creditor debitori terminum ſolum ſolutionis prorogauit, fideiuſſorem per id non liberari cum Vinnio conſentio.*

9) *Exceptionem non numeratae pecuniae poſt biennium quamuis alteratam admitti, contra Walchium defendo.*

10) *Venditiones ſub haſta beneficium L. 2. C. de reſc. vend. penitus ignorant, quidquid contradicat Carpzouius.*

11) *Ius adcreſcendi, vt Hahnio placet, ad emtorem haereditatis ita non tranſit, vt deficientis cohaeredis partem capiat.*

12) *Vbi reſcindendus eſt contractus emtionis venditionis, actio ad id tendens minime alternatiua eſt, vt reus aut rem reſtituat, aut pretium ſuppleat, quamuis reus eligere poſſit: ex quo et ſequitur, quod re peremta actio ex L. 2. C. de reſc. vend. in caſibus fere non omnibus ceſſet.*

## IVS FEVDORVM.

Ius feudale conſiderat

I. Feudum, eiusque

A. Eſſentiam, ad quam pertinent a. dominium directum, b. vtile, c. res immobilis, d. fidelitas.

B. Naturalia, C. accidentalia, D. diuiſiones

a. Ratione perſonae adquirentis in a. maſculinum, b. foemininum, idque α. ſucceſſiuum, 1) β. promiſcuum.

b. Ratione modi conſtituendi in a. datum, b. oblatum.

c. Ratione ordinis in a. feudum, b. ſubfeudum.

d. Ratione obiecti in a. eccleſiaſticum, b. ſaeculare.

e. Ratione ſitus in a. feudum in curte, b. et extra curtem.

f. Ratione dignitatis in a. nobile, b. ignobile.

g. Ra-

g. Ratione formae in

a. Proprium, vt eſt α. maſculinum, β. emtum 2)

b. Improprium, vt α. pignoratitium, β. alienabile, γ. francum.

h. Ratione transmiſſionis in haeredes in a. feudum haereditarium, b. ex pacto et prouidentia 3) c. perſonale, vt feudum habitationis.

i. Ratione obligationis vaſalli erga dominum in a. ligium b. non ligium.

l. Ratione ſeruitiorum, in a. equeſtre, b. militare, c. caſtrenſe, d. keminatae, e. aperturae, f. ambachtae, g. honorarium, etc.

m. Ratione iuris ſuccedendi in a. antiquum et b. novum.

II. Iura

A. Circa feudum conſtituendum, vbi notandae

A. Res, quae in feudum dantur,

B. Perſonae feuda a. conſtituentes 4), b. adquirentes,

C. Contractus feudalis;

D. Feudi conſtitutio, quae eſt

a. Vera, et fit

a. Per inueſtituram, α. propriam, β. abuſiuam 5) 6),

b. Per ſucceſſionem

A. Ex iure ſanguinis

a. Iuris communis α. deſcendentium 7), β. collateralium, γ. agnatorum.

b. Specialem, vt ſunt α. primogenitura, β. maioratus, γ. ſenioratus.

B. Ex inueſtitura ſpeciali, α. ſimultanea, β. euentuali, γ. expectatiua.

b. Ficta, quae fit per praeſcriptionem.

B. Feudo conſtituto

𝔄. Iura domini, quae inſunt dominio directo, et competunt

a. In feudum, ad quae pertinet α. dominium directum ſtricte dictum, β. ius repetendi feudum finita infeudatione.

b. In vaſallum, ad quae ſpectat ius exigendi α. fidelitatem, β. reuerentiam, γ. ſeruitia.

𝔅. Vaſalli

a. Iura circa 𝔞. feudi alienationem, 𝔟. conſtitutionem ſubfeudi, quae oritur ex α. ſubinfeudatione 8), β. immutatione feudi in ſubfeudum, 𝔠. teſtamentifactionem de feudo etc.

b. Obligationes ſucceſſoris ex anteceſſoris debitis, quae ſunt

𝔞. Allodialia, 𝔟. feudalia, haecque oriuntur

α. Ex verſione debiti in vtilitatem feudi qua talis,

β. In vtilitatem ſucceſſoris feudi;

γ. Ex conſenſu eius, ad quem feudum peruenit,

δ. Ex ſpeciali iuris diſpoſitione, quo pertinet praeſtatio prouiſionis alimentariae.

ε. Ex obſeruantia; huc referenda praeſtatio vidualitii, quod eſt dotalitium feudale, et vidualitium in ſpecie ſic dictum.

C. Circa tollendum nexum feudalem, vbi notandi modi

𝔄. Feudum amittendi, qui ſunt

a. Felonia 10), quae committitur 𝔞. actionibus, 𝔟. neglectis officiis:

b. Quaſi

b. Quaſi felonia, ad quam ſpectant delicta iure Longobardico et imperii notata 11).

B. Feudum finiendi, qui ſunt

a. Interitus, b. conſolidatio, vel a. in ſpecie, vel b. appropriatio.

III. Iudicium feudale, vbi contemplandae

A. Cauſae feudales:

B. Remedia iuris:

C. Forum feudale:

D. Modus tractandi cauſas feudales, qui fere conuenit cum ordine iudiciario iure communi definito.

## COROLLARIA.

1) *Foemina a ſucceſſione in feudum a maſculo ſemel excluſa non ſemper excluſa manet.*

2) *Feudum emtum propriis bene a Struuio adnumeratur.*

3) *Diuiſio feudi in haereditarium et feudum ex pacto et prouidentia a Fachinaeo non recte reiicitur.*

4) *Filiumfamilias in re ad peculium aduentitium extraordinarium pertinente libere feudum conſtituere poſſe, contra Bocerum defendo.*

5) *Inter duos de feudo abuſiue inueſtitos ille praefertur, qui prior nactus eſt poſſeſſionem.*

6) *Si praelatus abuſiue illum, cui feudum promiſit, inueſtiuit, et conditione exiſtente moriatur ante traditionem: ſucceſſor inueſtituram adimplere, et feudum tradere tenetur.*

7) *Quam legitimati per ſubſequens matrimonium in feuda habent, ſucceſſionem, magis vſui et interpretibus, quam iuri feudali in acceptis referre debent.*

8) *Nil refert, num ſubinfeudatio fiat gratis, num interueniente pretio.*

9) *Filius debita patris ſoluere tenetur, nec in ſolo feudo antiquo ſuccedere poteſt, vt Berlichius credidit.*

10) *Feudum paternum ob feloniam amiſſum ita ad dominum reuertitur, vt quidem filii delinquentis, minime vero agnati a ſucceſſione penitus excludantur.*

11) *Feudum ſtatim ob contumaciam vaſalli amitti textus II. Feud.* 24. §. illud tamen *minime probat.*

# PRVDENTIA CRIMINALIS.

Prudentia criminalis ſe occupat deſcribendo

I. Delicta, quae committuntur

A. Aduerſus Deum, quo ſpectant a. blaſphemia, b. haereſis, c. periurium, d. magia.

B. Aduerſus homines, quae violant ſalutem publicam

𝔄. Immediate, et tendunt

a. Contra ſummam reipublicae poteſtatem, huc pertinet

𝔞. Perduellio, 𝔟. crimen laeſae maieſtatis, 𝔠. crimen falſae monetae.

𝔟. Contra officia publica, vt ſunt 𝔞. ambitus, 𝔟. ſimonia, 𝔠. crimen repetundarum, 𝔡. reſidui, 𝔢. peculatus 𝔣. ſacrilegium.

𝔠. Contra ſecuritatem et vtilitatem publicam, vt

𝔞. Vis

α. Publica, vt fractio pacis publicae, obſeſſio viarum.

β. Priuata.

𝔟. Carceris effractio, 𝔠. dardanariatus.

𝔅. Mediate, quae

a. Adimunt vitam hominis, vt

a. Homicidium

A. Doloſum

α. Simplex

β. Qualificatum, vt a. proditorium, b. veneficium, d. latrocinium, e. parricidium, f. infanticidium 1)

B. Culpoſum, quo et referendum id, quod committitur per exceſſum moderaminis inculpatae tutelae.

b. Propricidium.

b. Laedunt corpus humanum, vt duellum.

c. Laedunt exiſtimationem, vt iniuriae, a. mediatae, b. immediatae, c. verbales, d. reales, e. dictae, f. ſcriptae, g. leues, h. atroces, quo et pertinet famoſus libellus.

d. Damnum inferunt rebus alterius, vt a. incendium, b. furtum 2), α. ſimplex, β. qualificatum; c. plagium, d. rapina, e. falſum, f. termini motio, g. praeuaricatio, h. concuſſio, i. vſuraria prauitas.

e. Noxia ſunt familiis et perſonis, vt a. fornicatio, b. ſtuprum, c. adulterium, d. lenocinium, e. raptus, f. bigamia, g. inceſtus, h. concubinatus etc.

II. Poenas, quae ſunt

A. Priuatae,

B. Publicae, quae ſunt

A. Capitales (3)

a. Simplices, vt a. gladius, b. patibulum.

b. Qualificatae, vt a. rota, b. culeus, c. viuicomburio,

rio, d. ſimplices cum impoſitione trahae, e. forcipibus candentibus.

B. Non capitales, quae

a. Adficiunt corpus, vt a. carcer, b. opus publicum, c. fuſtigatio, d. abſciſſio membrorum.

b. Bona, vt a. mulcta, b. confiſcatio.

c. Libertatem, vt a. remotio et ſuſpenſio ab officio, b. relegatio e patria 4) c. excluſio a iuribus collegii.

d. Exiſtimationem, vt a. infamia, b. priuatio dignitatis.

e. Animum, vt a. poenitentia eccleſiaſtica, b. recantatio, c. obiurgatio.

III. Proceſſum criminalem, qui eſt

A. Inquiſitorius, in quo iudex

A. Inquirit

a. Generaliter in corpus delicti, et eius auctorem per

a. Examen teſtium,

b. Inſpectionem ocularem,

c. Indicia, quae ſunt

α. Communia vel proxima, vel remota.

β. Propria.

b. Specialiter in reum, qui cuſtodiae traditur, per examen articulatum, cui inquiſitioni obeſt α. defenſio, β. abolitio.

B. Pergit ad probationem delicti, quae fit

a. Ordinarie, per a. confeſſionem, b. inſtrumenta, c. teſtes.

b. Extraordinarie per torturam. 5) 6).

𝔆. Concipit ſententiam criminalem ad normam legum, 7) eamque

𝔇. Exequitur, niſi adſit aggratiatio 8) 9).

B. Accuſatorius, in quo notandus accuſator a. publicus, vt aduocatus fiſci, b. priuatus.

## COROLLARIA.

1) *Infanticidium poſitis circumſtantiis communiter contingentibus morte puniri durum videtur, in eoque experimentum pulmonum ſumme fallax eſt medium veritatem eruendi, quamuis in praxi eius omiſſionem nemini ſuadere velim.*

2) *Iniquitatis argui non merentur legislatores illi, qui in furtum poenam capitalem non ſtatuerunt.*

3) *Poenae capitales, vt praeclare demonſtrat Schallius, nullo modo improbandae ſunt; quamuis tum qualificatae, tum augmenta ſimplicium, quo ſpectant forcipes candentes, trabae impoſitio etc. redoleant crudelitatem, iuſteque ab his abſtineatur.*

4) *Optandum eſt, vt relegatio e patria cenſui poenarum criminalium eximatur.*

5) *Tortura remedium ad eruendam veritatem valde fallax eſt.*

6) *Ad indicandos tamen criminis ſocios, vt oſtendit de Sonnenfels, iuſte et ſecure adhibetur.*

7) *Male Marchio de Beccaria iudici interpretandi leges criminales facultatem adimit: nec cum Hommelio diſtinctio facienda inter interpretationem extenſiuam et reſtrictiuam.*

8) *Ius aggratiandi ſine dubio in omni crimine ſummo imperio vindicandum.*

9) *Eius tamen vſus bene ordinatis legibus criminalibus fere non omnis cum Marchione mox citato principibus diſſuadendus eſt.*

# IVS FRANCONVM EPISCOPATVS WIRCEBVRGENSIS.

Ius Franconum verſatur

I. Circa perſonas, et

A. Veneratur Perſonam regentem, qui eſt

𝔄. Sede repleta Epiſcopus, S. R. I. Princeps et Dux Franconiae,

𝔅. Sede vacante Capitulum Cathedrale:

B. Deſcribit perſonas rempublicam adminiſtrantes, quo ſpectant dicaſteria

a. Eccleſiaſtica,

b. Saecularia.

C. Diuidit perſonas parentes

𝔄. Ratione ſexus in a. maſculos, et b. faeminas:

𝔅. Ratione aetatis in a. minores, b. maiores, c. ſenes:

ℭ. Ratione valetudinis in a. robuſtos, b. aegrotos:

𝔇. Ratione exiſtimationis in a. homines integrae famae, b. infames, c. leuis notae macula adfectos.

𝔈. Ratione religionis in a. catholicos, b. proteſtantes, c. iudaeos.

𝔉. Ratione iuris ciuitatis in a. indigenas, b. peregrinos, in quos exercetur retorſio.

𝔊. Ratione habitationis in

a. Habitatores ruris, qui ſunt

𝔞. Ruſtici, quorum obligationes conſiſtunt in α. praeſtatione operarum, β. collectarum vel cenſuum.

𝔟. Homines proprii, qui praeſtant α. plerumque iuramentum aſſecuritatis, β. cenſus, inter quos eminet mortuarium:

b. Ha-

b. Habitatores vrbium, quae florent commercio ciuico, quod conſiſtit in a. commerciis et negotiationibus, quarum cauſa celebrantur nundinae, tribuitur ius geranii: b. in opificiis: c. oenopolio: d. re cereuiſiaria, e. vino aduſto.

D. Deſcribit iura perſonarum

𝔄. In ſtatu connubiali, vbi contemplatur a. pacta dotalia, b. condonationes, c. poteſtatem maritalem, d. communionem bonorum 1), e. communicationem aeris alieni 2), f. tempus luctus, g. ſecundas nuptias, h. vnionem prolium etc.

𝔅. In ſtatu paterno, in quo occurrit a. ius caſtigandi, b. in bona liberorum, c. peculia.

ℭ. In ſtatu tutelari.

II. Circa res, quas

A. Diſcernit in

a. Res diuini iuris, b. ſanctas, c. publicas, ad quas ſpectant

𝔄. Flumina, quorum effectus ſunt a. ius exſtruendi molendina, b. adquirendi inſulas et alluuiones, c. ius grutiae et traiectus, d. piſcatio.

𝔅. Foreſta, quae plerumque tribuere ſolent a. ius dominii lignorum, b. ius glandis legendae, c. venationem.

ℭ. Metalla, 𝔇. ſalinae.

d. Vniuerſitatum, e. priuatorum

a. Mobiles, quae ſunt bona α. auita, β. ſtemmatica, γ. haereditaria.

b. Immobiles, quae ſunt α. principales, β. pertinentiae.

B. Quarum deſcribit iura, quo ſpectant a. dominium, b. praeſcriptio, c. ſeruitus, d. pignus.

III. Circa

A. Contractus, ad quos pertinent a. donatio, b. permutatio, c. emtio venditio, d. mutuum 3), e. fideiuſſio, f. cambium.

B. Succeſſiones, quae ſunt

𝔄. Pactitiae,

𝔅. Teſtamentariae, in quibus notanda 𝔞. forma 4), 𝔟. ſubſtitutio, 𝔠. Falcidia 5), 𝔡. Trebellianica 6), 𝔢. inſtitutio haeredis neceſſarii, vbi obſeruanda

α. Legitima liberorum, β. parentum, γ. exhaeredatio.

ℭ. Ab inteſtato, vbi occurrunt a. deſcendentes, b. aſcendentes, c. collaterales, d. coniuges, qui

α. Sunt pacti de ſucceſſione; β. qui nulla deſuper iniere pacta, qui dein vel ſunt in communione, vel non.)

e. Fiſcus.

IV. Circa politiam et officiales.

## COROLLARIA.

1) *Communionis bonorum inter coniuges Franconiae vigentis cauſa principalis et proxima eſt Ordinatio prouincialis, in quam migrauit ius germanicum conſuetudinarium per maiores ad tempora noſtra propagatum.*

2) *Mulier inſcia obaerato nubens marito, cum in debitorum venit notitiam, nondum inducta bonorum communione vniuerſali ad liberanda bona ſua cum marito pacta dotalia conficere poteſt.*

3) *Poteſtas vxoris contradicendi intra ſex hebdomadas contractibus a marito ſe inſcia initis, ad mutua pecuniaria cuiuscunque momenti extendi nequit, cuius ratio ex ipſis verbis mandati de 28. Mart. 1700. reddi poteſt.*

4) *Dum*

4) *Dum in Ordinatione prouinciali dicitur, vt teſtamentum condatur vor eines jeden Orts Gericht, hoc non ita intelligendum, ac ſi ciuis coram foro non competente teſtamentum condere poſſet.*

5) *Etiam ius Franconicum haeredi, qui, dum quartam ſaluam non habet, ex ignorantia iuris legata ſoluit integra, ius repetendi denegat.*

6) *Si fiduciario in teſtamento adſignetur munus quoddam, hoc repudiato ad quartam recurrere nequit.*

## OECONOMIA POLITICA.

Oeconomia politica ſub ſe comprehendit

I. Politicam in ſpecie, quae docet

α. Imperantem remedia ad promouendam et augendam ſecuritatem, quae eſt

A. Externa; haec in eo nititur,

𝔄. Vt quis imperans ſapienter ſe gerat erga reliquos principes, adeoque

a. Obſeruet erga eos ius gentium et ſociale: b. eorum operationes detegat, c. nociuis auertendis remedia quaerat, d. praepotentiam vicini eiusque conſilia diligenter obſeruet.

𝔅. Militem alat a. numeroſum b. ſemper promtum.

ℭ. Propugnacula ſuſtentet: 𝔇. claſſem armet: 𝔈. ſocios conquirat.

B. Interna, quae requirit

𝔄. Curam ſtatus ſubditorum externi, quae obſeruat

a. Nequis potentiam aut diuitias reipublicae periculoſas adquirat 1), b. ne ſubditi nimis ſe iungant cum potentia extera, c. ne priuilegia ſtatui aut con-

conciui periculoſa ſint, d. ne ſubditi mente voluant concilia ad ſeditionem tendentia.

B. Curam ſtatus interni: a. vt ſit in republica vna fides, b. vt opiniones ſcandaloſae reiiciantur: c. vt floreant ſcientiae, et d. mores ſubditorum a vitiis purgentur.

C. Adminiſtrationem iuſtitiae, vt a. leges concordent ſtatui, b. adſint iura certa, c. iudices ſint homines probi, et d. iuſtitia non lente nimis petenti ſuccurrat.

D. Curam, vt bona ſubditorum, eorumque perſonae ſingulae defendantur a. ab impoſtoribus, b. vi externa et interna, c. hominibus vagis et ſuſpectis. — Hic et notandi iudaei 2).

β. Subditos obedientiam illimitatam 3), b. fidelitatem, c. obligationem promouendi bonum publicum reipublicae.

II. Politiam

α. Theoreticam, quae fundatur in

A. Cultura terrae

A. Externa, ad quam pertinet,

a. Vt ſuperficies terrae habitationi et ſuſtentationi ſubditorum apta reddatur, quod fit,

a. Si ſolitudines extirpentur, b. commoda naturae in vſum conuertantur, c. ſi ſalubres edantur ordinationes ad habitationem et ſuſtentationem.

b. Erectio et promotio vrbium; haec ſe fundat

a. In quantitate et qualitate productorum elaborandorum, b. in flore commerciorum externorum.

c. Commoditas et decor regionum et vrbium, vbi in conſiderationem veniunt a. viae publicae, b.

conſtitutio poſtarum, c. ſalubritas fontium, d. puritas platearum,

B. Interna, ſeu augmento incolarum 4), quod fit

a. Receptione exterorum, cui inſeruit a. imperium mite, b. ſapiens libertas quoad actiones indifferentes, c. ius cum indigenis aequale.

b. Multiplicatione indigenarum, cuius remedia tendunt ad a. ipſum augmentum, b. tollendam emigrationem 5).

c. Promtis remediis ad ſanitatem a. ſeruandam, b. reſtituendam.

B. In fauore ſtatus pro pane lucrando, qui fauor conſiſtit in

A. Adquiſitione et perfectione productorum, cui inſeruiunt

a. Oeconomia ruſtica, cuius praecipua obiecta ſunt a. agricultura, b. pecuaria:

b. Aliae oeconomiae partes, vt a. curae foreſtorum, b. metallifodinarum, c. ſalinarum.

c. Manufacturae et fabricae, quarum attendenda a. fundatio, b. adiumenta, quorum potiſſimum eſt promta mercium venditio.

d. Opificia, quae laborant a. per locationem conductionem, b. ad vendendum merces α. neceſſarias, β. extra regionem vendendas.

B. In ceteris mediis promotioni huius ſtatus fauorabilibus, vt ſunt

a. Commercia

a. Interna, in quibus adjuuanda productorum α. colluuies, β. circulatio.

b. Externa, quae α. aſportant regionis producta

 ſuper-

ſuperflua, β. quae regioni ſuppeditant merces neceſſarias ad conſumtionem, γ. quae merces exteras cum lucro aliis vendunt.

b. Circulatio pecuniae, quae adiuuatur a. fide, b. lucro modico, c. erectione ſocietatis mercatorum.

c. Conſeruatio fidei, cuius obiectum eſt ſecuritas, quae fundatur in a. perſonis, b. rebus:

d. Conſeruatio modici pretii annonae, ad quam requiritur, a. vt magnam eorum copiam ipſa producat regio, b. vt erigantur domus annonariae, c. et alimentis certa taxa ponatur.

e. Remedia contra impedimenta ſtatus pro pane lucrando floridi, quo ſpectant

a. Caſus inſoliti, vt α. bellum, β. fames, γ. ignis aut aqua.

b. Vitia politiae, vt α. monopolia, β. otium.

C. In qualitatibus et capacitate ſubditorum, vbi adnotandus

A. Status moralis, cuius obiectum eſt a. Religio, b. bona educatio, quae committitur a. parentibus, b. ſcholis triuialibus, c. gymnaſiis, d. vniuerſitatibus.

B. Status ciuilis, qui requirit ordinationes circa a. luxum et b prodigalitatem 6) c. otium, d. mendicitatem. 7)

β. Practicam, quae docet

A. Naturam et qualitates legum politiae, vbi aduertenda

A. Poteſtas legislatoria circa obiecta politiae, quae competit

a. Immediate imperanti, b mediate magiſtratibus inferioribus per a. priuilegia, b. conceſſionem tacitam.

𝔅. Prudentia legiſlatoria, quae attendere debet

a. Ad finem primarium, nempe felicitatem,

b. Ad ſecundarium ſecundum

𝔞. Generalem legum qualitatem nempe α naturam humanam, β. conſeruationem et augmentum opum reipublicae, γ. cohaeſionem totius.

𝔟. Varias circumſtantias reſpectu α. legiſlatoris, β. ſubditorum, γ. obiectorum.

B. Remedia ad obſeruationem legum politiae promouendam, quo tendunt a. earum publicatio, b. inſpectio, num obſeruentur: c. poena delictorum contra politiam, d. praemia peragendis a ſubditis laboribus ſtatuenda.

C. Adminiſtrationem politiae per

a. Collegia a. ſuperiora, b. inferiora.

b. Officiales ſingulos, vt 𝔞. inſpectores, 𝔟. conſiliarios prouinciae, 𝔠. directores, 𝔡. commiſſarios.

III. Scientiam cameralem, quae docet opibus reipublicae ſapienter vti; eius obiecta ſunt

ℵ. Comparatio opum reipublicae neceſſariarum, vbi contemplanda

A. Fundatio et augmentum opum ſtatus paratiſſimarum, opum harum conſiderandum

a. Fundamentum, quod eſt 𝔞. copia ciuium, 𝔟. florentia commercia, 𝔠. reſeruata ſummo imperio bona, et 𝔡. iura.

b. Modus fundandi in 𝔞. lucro ſubditorum 8) 𝔟. regalibus, 𝔠. domaniis.

B. Reditus reipublicae, qui proueniunt

a. Or-

α ordinarie, ex

𝔄. Domaniis, in quorum adminiſtratione occurrit a. cura iuſtitiae et b. oeconomiae 9)

𝔅. Regalibus 10) quibus accenſetur regale

a. Vectigalium, in quo attendendum: 𝔞. vt euitentur fraudes aurigarum et mercatorum, 𝔟. fraudes officialium, 𝔠. et accurata ſemper ſit rationum redditio.

b. Poſtarum, ad quod ſpectant 𝔞. ſalaria officialium, 𝔟. ſuſtentatio equorum.

c. Aquarum, quod fundatur

𝔞. In vſu marium et fluminum, quo ſpectat α. nauigatio, β. ius circa canales, γ. pontes, δ. grutiae, ε. circa molendina:

𝔟. In vſu productorum aquae, quo pertinet piſcatio:

𝔠. In vſu rerum, quae accidentaliter in aquis reperiuntur, aut oriuntur, quo referendum ius α. littoris, β. circa aurum fluuiatile, γ. circa inſulas nouiter ortas.

d. Foreſtorum, quod diuiditur in iura domini territorii

𝔞. Circa foreſta in genere, vt ſunt α. conſeruatio ſyluarum: β. iurisdictio foreſtalis, γ. determinatio vſus lignorum:

𝔟. Circa foreſta ſubditorum in ambitu ſyluae fiſcalis ſita, vt ſunt α. vſus ligni ad venandum, β. vſus graminis, paſturae, et glandis:

e. Venationum, quod comprehendit 𝔞. ius venandi, 𝔟. bannum ferinum:

f. Me-

f. Metallifodinarum, cuius obiectum ſunt α. metalla, b. Salia et nitrum:

g. Monetae.

C. Contributionibus ſubditorum, quae penduntur

a. De immobilibus,

b. De perſonis, quae ſunt α. generales, b. ſpeciales, vt ſteurae iudaicae.

c. De commerciis, ita vt α. materialia aut merces perfectae contributioni ſubdantur, b. haec determinetur ſecundum magnitudinem et neceſſitatem commercii.

D. Iuribus ſummae poteſtatis, quae accidentaliter reditus important, vt ſunt

a. Dominium directum feudorum 11), vnde naſcuntur α. ſeruitia vaſallorum, b. taxae feudales, c. pecuniae, dum vaſalli conſenſum petunt: d. poenae ad luenda delicta feudalia: e. aperturae feudorum.

b. Adminiſtratio iuſtitiae, vnde oritur α. conceſſio iurisdictionis, b. ſportulae, c. reditus per ius aggratiandi, diſpenſandi, d. conceſſio veniae aetatis et legitimatio.

c. Suprema politiae directio, quae adiunctum habet α. ius concedendi priuilegia, b. conceſſionem mercaturae aut opificii, c. examen litteratorum officia publica ambientium, d. conceſſionem dignitatum et titulorum.

d. Ius belli, cui adnexae α. pecuniae ſubditorum, b. exactiones incendiariae in terris hoſtium, c. prouinciarum hoſtilium ſubiectio.

β. Extraordinariae, ex

A. Contributionibus ſubditorum extraordinariis, quo

tendunt ſteurae capitationis, b. ſalariorum, c. adaeratio ſeruitiorum feudalium:

B. Comparatione pecuniae ad ſubleuandam neceſſitatem publicam per ſidem publicam.

C. Hac deficiente redituum quorundam locatione, conſtitutione hypothecae in domaniis.

2. Expenſae reipublicae

A. Pro ſtatu militari, ibique pro a. ipſo exercitu, b. re tormentaria, c. generali commiſſariatu bellico, d. conſeruatione arcium, e. collegiis bellicis.

B. Pro ſtatu ciuili, nimirum

𝔄. Aula Principis, in hac expenſae diuiduntur in eas, 𝔞. quae proueniunt ex aerario vſui imperantis immediate deſtinato, 𝔟. quae requiruntur ad ſuſtentationem domus auguſtae, 𝔠. ad ſalaria pro miniſtris aulicis: 𝔡. quae deſtinatae ſunt pompae et laetitiis.

𝔅. Expenſae camerales ſtricte dictae, ad quas numerandae

a. Pecuniae appanagiatis ſoluendae et vidualitium:

b. Expenſae ſecundum conſtitutionem ſtatus, vt 𝔞. pro legationibus, 𝔟. contributiones imperii, ad cameram:

c. Impenſa pro collectione redituum et conſeruatione obiectorum, quibus nituntur, vt 𝔞. ſuſtentatio oeconomiae, b. aedificiorum ad id deſtinatorum, c. officialium, 𝔡. comparatio materialium ad ſcribendum, 𝔢. pecunia ad reditus augendos neceſſaria:

ℭ. Solutio debitorum.

D. Comparatio theſauri ad rempublicam in caſu neceſſitatis ſubleuandam idonei.

## COROLLARIA.

1) *Machiavelliſmum ſapit, ſubditorum in corpore ſumtorum diuitias regenti metuendas, adeoque earum comparationem impediendam eſſe.*

2) *Si iudaeorum vſuraria prauitas et ad corrumpendum procliuitas ſtatui nociuae ſunt, ratio plerumque in ipſis legibus ponenda eſt; quid enim iis, ſi ab agricultura, opificiorum tribubus, aliisque honeſtis ſe ſuſtentandi modis excludantur, aliud ſupereſt? certe populus iſte quondam electus maiorem humanitatem mereretur.*

3) *Quamdiu imperans nec legi diuinae contrarium iniungit, nec apertus reipublicae hoſtis eſt, obedientia ſubditorum omni debet carere limite, quamuis mandata ſummi imperii videantur iniqua, aut in monarchia limitata fines ſummae poteſtatis excedere: quin et in iuſſis domini exequendis vitam et corpus periculo exponere tenentur, quod locum habuit olim in ſequela territoriali.*

4) *Statui commerciis florenti nulla hominum copia oneri eſſe poteſt.*

5) *Subditis quidem ſine domini territorialis conſenſu emigrare non licet, hanc tamen emigrationem ipſis nimis grauem reddere conſultum non eſt.*

6) *Prodigalitatem et luxum plene inhibere nec poſſibile, nec neceſſum eſt. Exemplum Principis hac in re eſt optima conſtitutio.*

7) *Mendicantes robuſti ſeuere ad labores iis praebendos cogantur, eorumque otium poenis grauibus adficiatur: durum tamen nimis videtur, quod de Juſti credit, eos libertate priuare.*

8) *Oportet iuſtam lucri partem a ſubditis ad contribuendum petere, ut opes reipublicae paratiſſimae fundentur, nec adprobanda eſt*

*cum de Montesquieu beneficentia, ſi non tantum exigatur, quantum ſine detrimento ſubditorum fieri poteſt.*

9) *Domania ſub certis limitibus elocare, principia cameralia ſaniora ſuadent.*

10) *Regalia econtra nec locentur, nec in feudum dentur.*

11) *Generatim feudorum conſtitutio cum ratione ſtatus moderna non conuenit.*

O. A. M. D. G. ET B. V. H.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0048

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0049

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0050

S
Ka 1119
1078
ULB Halle 3
008 862 826
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0051

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0052

23
59



# TABELLAE IVRIVM SYSTEMATICAE CVM ADNEXIS COROLLARIIS.

Ka 1119

## IVS NATVRAE ET GENTIVM.

Ius Naturae eſt complexus legum internarum et externarum in ſtatu naturali obſeruandarum, haec ergo Iurisprudentiae pars tanquam ſcientia legum naturalium externaru
nem

I. In ſtatu mere naturali, eoque

A. Tali, qui concipitur ſine facto iuridico
tur iura et obligationes

a. Circa ſe ipſos, b. libertatem,
d. declarationem mentis, quae eſt
cita, e. exiſtimationem, quae e

𝔄. Mala, 𝔅. bona, quae dein ſe
moralis diuerſitatem eſt

𝔞. Simplex 2), 𝔟. intenſiua.

f. Res vacuas, quae pertinent ad 𝔞.
vitae commoda, 𝔠. vitae iucund

B. Tali, qui concipitur ex facto iuridic
vero factum eſt

𝔄. Iuſtum, vnde oritur ſtatus hypothet
terminat id, quod in ſtatu aduen
quid autem adquiritur, eſt

P. 4.

a

KŒNFRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-215561597-11/fragment/page=0053